



Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De supellectile, quæ officiorum funeralium, & anniuersariorum propria est,
cum eiusdem formis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

S V M M A R I V M.

Officia mortuorum infra hebdomadam obeunda, à Parocho Dominica die precedente, denuncianda. De Parochys, &c. nū. 45.

Anniuersaria, & officia, qua in Ecclesia denuncianda. Ibid.

1 Quibus diebus non agenda.

Iis agendis, qui, & quot adhibendi. De Funerib. nū. 4.

2 Ea, pietatis ratione, à Parocho suadenda.

Eorundem causa nemini pacisci liceat. Ibid. 37.

Anniuersariorum, & Missarum tabella in Sacristia retinenda. De Sacristia. nū. 25.

Anniuersaria & exequia pro mortuo Episcopo, quando, quamdiu, & cuius sumptibus facienda. De funere Episcopi. 12.

3 Pro Parocho mortuo, à quo, & quo die item celebranda.

Cenotaphij nomine nihil capiendum. De funerib. 51.

6. Quæ ad fu-
nera pert.

N E die Dominico, & festo, qui Ecclesie precep-
to, consuetudine, votive colatur, anniuersaria agantur: quæ si certo aliquo festo, is qui de-
cessit pro se agi prescriperit, alio proxime pre-
cedenti die, cum pro officijs ratione licet, cele-
brentur.

1. De fun. & 2. Caneant autem Parochi, & alij Ecclesiarum
execq. Rectores, ne, quod pietate adducti suadere debent mortuorum ha-
redibus, ut anniuersaria officia illorum causa celebranda current, id cu-
piditate impulsi, molestius flagitent: quia in re si peccarint, Episcopi
arbitrio puniantur.

6. Quæ ad fu- 3. Parochus, illius, qui proximè præcessit Parochi anniuersaria statu-
nera pert. die, quo ille obiit, celebratione Missæ Parochialis agat; sin autem pro
festi, solemnisque diei ratione tunc non licet; alio die proximè an-
tecedente, quo licebit, pro illius animæ salute, piè, religiosè ex-
quatur.

De Supellectile, quæ officiorum funeralium, &
anniversariorum propria est, cum
eiusdem formis.

57 M.

S V M M A R I V M .

- 1 Feretra in Cathedrali, Collegiata, & Parochiali quot.
- 2 Pallia feretralia in Cathedrali, Collegiata, & Parochiali quot.
- 3 Cuiusque forme.
- 4 Cenotaphium gestatorium, quae tumba dicitur, unum, & ubi.
- 5 Forma eiusdem.
- 6 Eadem pallia Altarium non adhibenda.
- 7 Basis Cenotaphij, una, & ubi.
- 8 Pannus strigulus eiusdem basis unus etiam, & ubi: aut basis saltem decenter picta.
- 9 Forma illius.
- 10 Cruces, quae circa Cenotaphium collocantur, quot.
- 11 Quales item.
- 12 Scabella sustentacula Crucis, quot.
- 13 Forma corundem.
- 14 Candelabra ferrea Cenotaphij, quot.
- 15 Et qualia.
- Locus horum instrumentorum afferuandorum. De de loco ubi fere
tra, &c. i.
- 16 Libri ad usum funerum, & officiorum mortuorum, quot.



1 Eretra duo in Cathedrali, & Collegiata Ecclesia, Inst. sup. Ecc.
Parochiali vero unum, parandum.

2 Pallia feretralia, in Cathedrali, Collegiata, & Inst. sup.
Parochiali duo saltem; unum, quo cadavera con- lib. 1. De sup.
tegantur, cum efferruntur, & Cenotaphia item; prop. est in
alterum, quo eadem cadavera substeruantur. que off. fun.
Cat. Colleg. & Paroch.

3 Pallium, vel tegendi cadaveris, vel Cenotaphij Inst. for. sup.
steruendi usui paretur: hoc Cenotaphij sine cruce; illud vero cadaveris Eccl. lib. 2. de
Crucem albam in medio habeat. supp. off. fun.

4 Vtrumque porro sit colore nigro; ac, nisi preciosius quis malit, è panno Inst. I biem
serico villoso, quem villutum dicunt, aut saltem laneo contextum.

5 Cenotaphium gestatorium, unum tantum tam in Cathedrali, quam Inst. I biem
Collegiata, & Parochiali Ecclesia.

6 Cenotaphia, quas tumbras dicunt, in diuinorum officiorum pro Inst. I biem
mortuis celebritate adhibenda, aut in arcum, aut in acumen ducta esse possunt.

7 Ne Cenotaphijs, aut quas vocant tumbis, pallia Altarium adhi- 4. De fun. &
beantur. exeq.

532 Constitutionum, & Decretorum Synodalium

7 Basis cænotaphij una tantum in Cathedrali, Collegiata, & Parochiali Ecclesia.

8 Pannus Stragulus eiusdem basis, unus, tam in Cathedrali, quam Collegiata, & Parochiali.

Inst. Ibid.

9 Stragulum Cænotaphij, ad basim scilicet sternendam, quæ Cænotaphio subjici solet, è panno saltē laneo coloris nigri paretur. Aut vero basis nigro colore pingatur, crucibus etiam, mortuorumque capitiibus aliis appictis.

10 Cruces, quæ circā Cænotaphium collocantur; in Cathedrali, Collegiata, & Parochiali, quattuor.

Inst. Ibid. De

Crucib. Cæ-
notaphi.

11 Cruces Cænotaphij, ex auricalcho saltē, aut ex ligno etiam, de conti-
piēto, confiantur.

12 Scabella sustentacula Crucum; in Cathedrali, & Collegiata, Paro-
chialique, quattuor.

Inst. Ibid.

13 Que Cruces, ut rectè stent, bases marmoreæ, aut saltē ligneæ ad
eas aptè sustentandas parentur: in quarum medio foramen rectum insit,
quod earum hastile capiat. Sint verò à parte transuersa, latitudinis cubi-
torum duorum; à recta longitudinis totidem, præter manubrium.

14 Candelabra ferrea Cænotaphij, in Cathedrali, & Collegiata octo, &
duodecim, in Parochiali octo saltē.

Inst. Ibid. De

Cand. Cænco.

15 Candelabra Cænotaphij, ex ferro conflentur; altitudine conflent cu-
bitorum duorum, & dimidijs suffulciantur firma base, que instar tripodi,
aut alterius firmioris generis sit, nè forte præpondere, & longitudine ce-
reorum facile corruant: orbem præterea è lamina ferrea conflatum à supe-
riori parte habeant: cuius orbiculi extremitas sursum rucuata ceram de-
fluentem contineat. Super hoc item orbiculo apex ferreus infixus existet,
cui vasculum inseratur, ad cereos excipiendo aptè accommodatum.

16 Libri eiusmodi in Cathedrali, quinque: in Collegiata, ac Parochiali, duo.

De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu viuis
cuiusque Parochiæ cognoscendo.

S V M M A R I V M .

1 Parochiæ cuiusque status ab Episcopo cognoscendus.

2 Certi viri diligendi, qui populi mores inuestigant, & Episcopo de-
ferant.

3 Liber à Parochio parandus, in quo Parochiani omnes viui, & mortui
describantur.

Inquitini